appellavit cui Appellationem offi[cium] hoc idem admisit Terminumq[ue] prosequendae et con-
tinuandae eiusmodi Appellationis in illis Judicijs Tribunalicijs Regni Lublinen[sibus]
dum causa praesens ex Regestro causarum Palatinatus Podlachiae Districtus
Branscensis pro celebran[dis] ad iudican[dum] inciderit parti utriq[ue] paratum et perempto-
rium consenavit. # Plenipotentem in se nom...

Bruszewski Motio.

In causa et Actione Juditer vertente Inter Nobilem Stanislaum olim Laurentij Bruszewski
Actorem. Et Nobilem Franciscum olim Laurentij Czaikowski secundo post obtentam poenam
Contumaciae citatum ideo. Quia ipse non vult neq[ue] curat Honestum Martinum dictum Mlynarz
famulum et subditum Actoris ab annis multis famulantem ab Actore profugum et per ipsum
sine literis testimonialibus susceptum apud eum officiose productum et per Mtem ac Nobiles du-
os arestatum reddere et extradere per quam non extraditionem poenam Centum Marcarum polon[icalium]
Constitutionibus Regni descriptam succubuit pro qua super ipso et bonis eius decernen[da] una cum
extraditione praefati famuli sive subditi citator. citatione ipsa praemissa in se copiosius enarran-
te. Hodierno in Termino ex eadem citone ad pns lgne incidente et deveniente Officium pns Castrense
Capitan[eatus] Bransense controversijs partium utrarumq[ue] Actoris per Mtem Casimirum Kruszewski ci-
tatis vero per se puter Juditer factis exauditis et intellectis posse ips[um] Kruszewski sine Pleni-
potentia ab Actore inscripta ponere censuit et partibus causam prosequi mandavit. In prosecu-
tione vero causae foro causae huius coram officio suo adimmato procedere mandavit nec Appel-
lationem ab eiusmodi Decreto ad Tribunal Regni per partem citatam interpositam uti ad legem
expressam admisit. Tandem quoniam citatus famulum conventum Juditer ad iustifican[dum]
statuit ideo ips[um] citatum a causa pnti liberum fecit et pronunciavit et contra statutum pro-
positionem dirigere mandavit. Qui quidem statutus in vim iustificationis suae allegavit
se licet iam pridem famulasse sed determinatis servitijs circa molendinum uti artifex mer-
cenarius peractis libere discessisse ampliusq[ue] ips[um] serviendi non submisisse volendo id et
Juramento insuper abundanti evadere alijs defensis salvis sibi praecustoditis. Ex ad-
verso Actoris Plenipotens allegavit ipsum non pro artifice mercenario sed pro molen-
dinatore ab Actore circa molendinum suum locatum esse, gazam et substantiam certam

pro inceramine et subsidio respectu in eos multos ad gratiam Actoris mansionis recepisse et
ad serviendum fide detinuisse sed quoniam idem statutus fidei sud immemor desertio-
neque et inceramine consumpto alia vero recepta profugus discessit arresto Judiciali
citatum imponi petijt sibi Extraditionem eiusdem profugi decerni Juramentoque ipsi
id esti Plebeium et fide fragum evadere non posse alijs probationibus hic et in om-
ni Judicio salvis sibi praecustoditis. Et offitium hoc idem Castrense Capitan.
Braslaviense controversijs earundem partium exauditis, et intellectis, eo attento
licet quidem statutus agnovit se Actori famulasse sed non pro mancipio tantum pro arti-
fice ad certum tempus mercenario tum quod determinatis eisdem libere discessit ac ampli-
us servieri se non offerebat ideo decrevit ut idem statutus eiusmodi Allegationem suam
Juramento corporali In sequentibus Querellarum Terminis proxime cellebrandi comprobet
A quo Decreto Actoris Plenipotens ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalia Regni
Lublinensia appellavit cui appellationem Judicium hoc idem admisit. Terminumque
prosequendi et continuandi eiusmodi appellationis in Judicijs illis Tribunalitijs
ejus Regni Lublinensis dum causa sive ex Registro causarum Palatinatus Pod-
lachiae Districtus Braslaviensis proxime cellebrandi ad iudicandum inciderit parti utrique [illegible] prae-
remptorium consensuit.

Astitio

Generosi Mniszewski

Generosus Bernardus Mniszewski de Dolhowo haeres Actor in et contra Generosum Joannem
Grabowski Pincernam terrae Volhyniae in Kalinowka in Tultem ad solvendum et pro condemna-
tis luendum satisfaciendum conciliatum Ad Inscriptionem Castrensem Volhyniensem principaliter per ipsum
Generoso Martino Kurzeniecki factam tandem per Generosum Martinum Kurzeniecki eidem
Actori coram Actis Castrensibus Braslaviensibus cessam et inscriptam in qua submisit et inscripsit se
praefato Kurzeniecki modo simplicis debiti summam duorum Millium et septingentorum quin-
quaginta florenorum polonicorum pro tempore certo iam praeterito in eadem Inscriptione expresso sub va-
dio similis summae solvere et reponere. Cui ipse Inscriptioni contraveniendo Citatumque praed-
fatum non metuendo eandem summam nec praefato Kurzeniecki nec moderno Actori ius